584642

FAMIGLIA MIRELLA

ANGIOINE ED ARAGONESI

Concessioni

L' antico sangue e l' opere leggiadre
De' miei maggiori.

DANTE

1839

Digitized by Google

NAPOLI,
Stamperia dell' Aquila di Vincenzo Puzziello

Giovava a Vittorio Alfieri il nascere di nobili agiati ed onesti parenti; giovava a Pietro Giordani, quando discorreva le glorie del Canevari e del Lomellino di Genova, lo avere il sangue materno da quella Città, ed a' Principi di Teora di Casa Mirella, Signori insino agli ultimi tempi di quattordici feudi (1), giova il discendere dal nobilissimo Giorgio (2) figlio di Rebaldo Mirella, il qual Gior-

(1) *La Città Metropoli di Consa, Calitri, Castiglione, Teora, Calabritto, Castelnuovo, Pescara, Buoninventre, Sant' Ilarione, Sant' Antimo, Friano, S Andrea, S. Menna e S. Vitale.*

(2) *Esciva dell' antichissima famiglia Mirella d Genova, registrata dal Fransone nell' Albergo de' Negroni; ed i Principi di Teora possedettero in sino al* 1714.

gio, Capitano di audacissimi balestrieri, nel 1265. si tramutò di Genova in Napoli col Conte di Provenza, poi Re Carlo d' Angiò, e prodemente combattette per lui.

---

la casa sita in Positano dov' Egli abitò, e che i lor maggiori redarono nel 1330. *per morte dell' Abate Raimondo Mirella, il cui sepolcro nel* 1678. *logorato dal tempo; durava ancora nella badial Chiesa di quella Terra* — Processus originalis inter Augustissimam Societatem Sanctae Crucis, et illustrem Principem Theorae Dominum Franciscum Maria Mirella — *Nel qual processo leggesi che il Marchese di Calitri Carlo Mirella (mallevandogli l'intero trionfo il nostro gravissimo Storico Pietro Giannone) comandò con suo testamento, che si continuasse la celebre lite tra la sua Casa e la nobil Piazza di Portanova; se non che il Conte di Consa suo figlio, giovenilmente altero, volle rimanersene, come colui che, a dritto, teneva per fermo esser la sua Famiglia ascritta a quel Sedile fin dal* 1290. *Verità di cui si convinsero i Vicerè del suo tempo e'l Supremo Consiglio Collaterale. I processi di quella famigerata lite sono nel grande Archivio; e coloro che svolsero quelle carte conobbero che ben si appose quel Conte di Consa, il qual sapeva che Carlo* 1.° *d' Angiò disse di un Fusco Favilla*: Eo quod vivit cum armis et equis contribuat cum

Queste concessioni di quel Re, e de' Re successori, preziose scritture pertinenti alla famiglia Mirella, le quali si conservano nel grande Archivio del Regno, fruttarono il titol di Principe a Francesco Mirella Marchese di Calitri e Conte di Consa (3) datogli dal Re delle Spagne Carlo Secondo, il quale disse nel suo diploma: *Nos Ipsius prosapiae nobilitatem perpendentes.*

Quel Signore, tra perchè ricordar voleva alla Città nostra i chiari nomi degli antichi di lui e perchè di carissimi studì consolava la sua vecchiezza, mosse a' dotti de' tempi suoi la domestica quistione: se, narrandosi dagli Storici sincroni che le genti di Re Carlo d' Angiò furon francesi, tranne gl'intrepidi Guelfi di Toscana condotti dal magnanimo Guido Guerra, francesi esser dovettero ancora, o

---

Militibus — *e sapeva ancora che insino al 1637. le illustri famiglie D'Aquino, Filangiera, Eboli, Orsini, Leiva, Concobletti, Ajerbi d' Aragona, Marchesi, Franchi, Mendozza ed altre non avevan chiesto d' essere aggregate in veruna delle cinque nobili Piazze napolitane, e neppur chiesto avevano d' essere in quelle reintegrate, però che mandavan ferventi preghiere a Filippo IV. che loro fondar lasciasse il sesto Sedile.*

(3) *Il titolo di Conte di Consa, ne' bei giorni de' Principi Longobardi, valeva forse quanto il titolo di Duca di Napoli.*

pur toscani (4) i balestrieri fortissimi guidati dal ligure Cavaliere Giorgio Mirella (5).

I desideri di quel Principe non gli dettero che quei Sapienti originasser bene que' venturieri; ma, fosser costoro venuti d'Italia, fosser venuti di Francia, il sottoscritto non rivedrà le valli di Benevento, non si attristerà in su'l fiero destino del glorioso Manfredi, e ch'egli non penserà agli Avi degli Avi suoi, i quali sparsero il sangue loro sovra que' campi.

IL MARCHESE DI CALITRI.

(4) *Non potettero esser genti di Genova, perchè in quel tempo le milizie Genovesi guerreggiavano in Asia. — E l'egregio Cavaliere Giuseppe De Cesare, scrittor dotto e profondo, suppone che Giorgio Mirella assoldasse in Provenza que' balestrieri.*

(5) *Carlo d'Angiò, sconfitto Manfredi, armò Cavaliere Giorgio Mirella, decorandolo del Cingolo militare, e premiando in tal modo il valore e la fede di lui. Armò ancora molti Cavalieri nel* 1269. *e nel* 1272. *e furono del bel numero i nobili napolitani Bartolommeo dell'Isola, Bartolommeo Gaetano, Marino del Doce, Marino Tortello, Marino Pignatello etc. E così quel Re mostrava d'intender bene come il pregio della spada desse gloria duratura alle gentili famiglie, per le quali, a quegli anni, Napoli fu chiamata la gentile Città. —*

Giorgio Mirella è tra i personaggi d'una tragedia da mandare alla luce intitolata Manfredi.

In Registro Regis Caroli Primi sig.[to] 1269. *A fol.* 53. *a t*[o].

Carolus etc. exaltat potentiam Principum munifica remuneratio subiectorum; quia recipientium fides crescit ex praemio et alij ad obsequendum devotius animantur exempla. Sane attendentes merita sincerae devotionis, et fidei *Nobilis Viri Georgij Filij* q.[m] *Rebaldi Mirella de Janua* Incolae Terrae Positani, *Militis*, cum scilicet ipse cum alijs centum Balistarijs proprijs expensis conductis in nostro Exercitu *contra nostros Hostes strenue militaverit, ex quo ille a nobis Cingulo militari meruit decorari.* Nos itaque haec omnia considerantes de benignitate nostrae gratiae tenore presentium de certa nostra scientia eidem Georgio damus, concedimus, et donamus annuam provisionem unciarum auri viginti de carolenis argenti ponderis generalis, percipiendam per ipsum vita ejus durante tantum singulis annis de quaecumque Fiscali Camerae nostrae pecunia quae ad manus nostrae Curiae devenire contingerit. Datum Anno Domini 1269. mensis Xmbris 30. eiusdem 13. indit. Regnante Domino Carolo Regni eius anno quinto feliciter. Amen.

Digitized by Google

In Registro eiusdem Regis Caroli Primi sign.° 1276. A fol. 110. a t.°

Carolus Dei Gratia Rex etc. Justitiario Principatus etc. Justis petitionibus Vassallorum tenentur assentire. Sane pro parte *Nobilis Viri Georgij Mirella de Ianua* Incolae Terrae Positani *Militis* fuit Maiestati nostrae reverenter expositum, se ipsum emisse quoddam Feudum, cum quatuor Vaxallis Angarijs situm in Iurisditione tua praefata pro certo praetio in Instrumento emptionis praedictae contento cum onere Adhoghae seu Fendalis Servitij nostrae Curiae debito tar ... octo quolibet Anno, et proinde ipsum assecurari deberemus a Vaxallis, et hominibus dicti Feudi. Nos igitur eiusdem Georgij petionibus assentientes sibi injungimus, et mandamus, quod dictum Georgium assecurari facias a Vaxallis, et hominibus dicti Feudi, praestito prius in nostris manibus Iuramento fidelitatis nostrae Curiae debitae — Datum apud Sanctum Thomasium die 23. Junij 5. Indit. etc.

In Registro ejusdem Regis Caroli Primi sig.to 1283. A. fol. 23. a t.o

Carolus Dei Gratia Rex etc. *Mag.co et strenuo, et Nobili Viro Georgio Mirella de Janua, Militi, Gentum Armorum Capitanio, Familiari, et Fideli nostro* gratiam, et bonam voluntatem. Sane attendentes grata grandia plurimum utilia, et fructuosa obsequia temporibus laboriosis per vos Majestati Nostrae multipliciter praestita, et impensa *nullis vestrae vitae parcendo periculis*, quaeve nobis ad praesens exhibetis, et in futurum de bono semper in melius continuatione laudabili speramus praestitum, nec non minus in consideratione deducentes digna servitia *Nobilis Pagani Mirella* dicti de Scannasorice filij vestri, *qui adhuc adolescens fortiter pugnando fideliter se gessit*, tenore praesentium Nostra gratuita voluntate, et mera liberalitate in aliqualem dictorum meritorum concedimus vobis, et elargimus facultatem, et licentiam, quod positis singulis annis vestra vita durante tantum per vos, vel per alium vestro nomine ad omnem vestram, vel vestri Procuratoris instantiam, et requisitionem extrahere, et extrahi facere per extra Regnum a quocumque Portu Regio, seu Carricatorio Provinciarum Idronti, et Terrae Bari quadraginta Carrus frumenti liberos, et francos ab omni solutione tractae, et alterius cuiusvis dirictus ad

nostram Curiam pertinentis. Datum in Obsidione Luceriae. Ultimo Iunij 12. Indit.

In Registro Regis Caroli 11. sig. 1297. — B. fol: 282.

Scriptum est Capitaneis, et officialibus alijs ad quos licterae praesentes pervenerint fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Quaerelam exposuit *Paganus Mirella dictus Scannasorice, de Sedili Portaenovae, familiaris Reginae Consortis nostrae, nosterque Fidelis*, per quam queritur speciali, ac intolerabili onere pergravari . . . . . per universitatem, et alios de Posetano, pro quibus nec obligatus est, nec desuret tenetur, molestatur in rebus, et compellitur multoties de persona per aliquos ex vobis officialibus ad ipsam discurrentem hinc inde persepe et exercitationes suas fideliter exercendem manus indebite extendentes in grave damnum ipsius, cumque in querela adiecit per nos ei super praemisissis secundum iustitiam provideri. Ius quod omnibus debet esse aequalem non patitur alterum onera portare alterius unicuique servari volentes, Fidelitati vestrae praecipimus quatenus cessantes ad talibus eumdem Paganum, et eius bona per praedictam universitatem, seu aliis non molesteris, nec compellatis iniuste, nec compelli, aut molestari indebite ab aliis permictatis, sed ipsum, pro ut iustum fuerit

favore, quo convenit, et expedit à molestatoribus defendatis eisdem. Datum Neapoli per tenentes locum Prothonotarii etc. die 17. Novembriis 11. Indit.

In Registro Regis Roberti Sig.to 1316.
lit. B. fol. 170 a t.o

Robertus etc. Universis, et singulis praesentes litteras inspecturis, tam praesentibus, quam futuris. Illos in Cabellanos nostros, et de nostro Ospitio recipimus, quos Nobilitas comprobata clara, virtus, et opera laudanda commendant. Haec itaque in personam *Nobilis viri Corradi Mirella dicti de Scannasorice Militis* vigere probabiliter agnoscentes; nec non attendentes quoque *merita sincerae devotionis, ac fidei, ac servitia praestita per q.m Paganum Mirella eius Genitorem q.m Dominae Reginae Rev.dae Matri nostrae*, quae ut ad presens dictus Corradus nobis praestat, et praestare poterit in futurum, illum quidem in Cabellanum nostrum, et de nostro Ospitio recipimus, et aliorum Cabellanorum nostrorum numero aggregamus. Volentes itaque illis honoribus, praerogativis, immunitatibus, gagiis, et franchitiis gaudeat, quibus caeteri Cabellani, et de nostro Ospitio gaudere soliti sunt. In cuius rei testimonium praesentis litteras exinde fieri, et pendentes mandatis nostrae Sigillo iussimus

communiri. Datum Neapoli in anno Domini 1317. die 19. Ianuarii. 15 Indit. Regnorum nostrorum anno 8.

In Registro Reginae Ioannae Primae.
Sig.to 1345 A. fol. 44.

Ioanna etc. Iustitiario Principatus etc. Devoto, et fideli nostro etc. Pro parte *nobilis viri Corradi Mirella de Scannasorice filii q.m Pagani, Militis, et Familiaris nostri* fuit nuper expositum coram nobis quod, et sicut ponitur ab annis pluribus possidente quoddam Feudum in tenimentis Ducatus Amalfiae ex Regia concessione redditus annuarum unciarum decem, Dominus Gualterius de Viso praetextu cuiusdam novae concessioni Regiae sibi factae de quota parte ipsius Feudi, eundem Corradum in quasi possessione illius perturbat indebite, ac multipliciter inquietat; supplicat itaque super hoc de opportuno remedio providere, devotioni vestrae praecipimus quatenus si premissa veritas suffragat eidem Gualderio sub certa poena mandatis, ut super hoc ab indebitis molestiis desistat instanter, nec nihilominus eundem Corradum in possessione, in qua est, prout visum fuerit defendatis; itaquod eidem Corrado exinde de caetero iustae querelae materiae non superstit. In cuius rei testimonium has praesentes litteras fieri jussimus, ac pendente serenitatis no-

Digitized by Google

strae sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per Venerabilem . . . . Rogerium, Arciepiscopum Barensis . . . . . et Protonotarium Regnorum Siciliae. Anno Domini 1345. 4. Iunij 13. Indit: Regnorum nostrorum anno tertio.

In Registro Regis Ladislai in Carta bambacina Sig.to 1404. fol. 158. à t.o

Iustitiario Principatus etc. *Cum Thomas Mirella de Scannasorice de Sedili Portaenovae, Miles, Fidelis, et Familiaris noster* solverit sicut dicit in Camera Thesaureriis nostris pecunia adhorgamenti, seu Feudalis servitii anni proximi praeteriti, ad quod Curiae tenebatur pro feudo, et bonis feudalibus, quae immediate, et incapite ex successione q.m Corradi eius patris tenet ab eadem Curia in Iurisdictione tua praefata Volumus, et Fidelitati suae praecipiendo mandamus, quatenus . . . . . de solutione dictae pecuniae per Apodixam Thesaurarium ipsorum contra eundem Thomam ad restitutionem dictorum bonorum feudalium auctoritate cuiuscumque mandati nostri contrari precessori, seu tibi perinde directi, nè quoqua procedas . . . . in irritum revoces, et contra eum, aut dicta bona eius, seu dicta bona eius seu contra dictos statutos pro parte Curiae ad procuran-

dum bona praedicta in aliquo propterea per eundem precessorem tuum, vel te forsitan esse processum. Praesentibus post competente in ispectionem earum pro cautela remanentibus praesentanti. Datum Neapoli in absentia Loghothete et per virum nobilem Donatum de Acetio legum Doctorem locumtenentem Cancellarij dicti Regni, Consiliarium, et fidelem nostrum dilectum. Anno Domini 1400. Die 14 mensis 7mbris 9. Indit. Regnorum nostrorum Anno 14.

In fasciculo N.° 94 fol. 107.

Ladislaus Dei Gratia Rex. Iustitiario Principatus ultra Terras Montorii Fideli nostro etc. Nuper pro parte *Nobili Viri Thomasis Mirella dicti de Scannasorice Militis* fuit Maiestati nostrae reverentor expositum se ipsum possidere immediate, et in capite a nostra Curia Feudum unum, cum hominibus, vassallis, et juribus dicto Feudo spectantibus situm in tua Provincia in quo feudo adsunt inter alios Vassallos quatuor Vassalli Angarij cum eorum domibus, et familia, et quia unus ex dictis vassallis renitens est praestare solita servitia, providere deberemus indemnitati Supplicantis, et adstringi facere Vassallum praedictum renitentem, et eius domum, et familiam ad prestandum solita servitia. Nos igitur attenden-

tes servitiorum merita tam dicti Thomasij, quam eius Antecessorum, qui continuatis temporibus nobis, ac praedecessoribus nostris fideliter praestiterunt; attendentes quóque iustitiam ipsius Supplicantis, ac etiam stante quod nobis constare fecit solvisse feudale servitium, seu Adogam debitam nostrae Curiae pro feudo praedicto, supplicationibus ipsius Thomasij inclinati fidelitati commictimus, et mandamus, quatenus ad omnem instantiam, et requisitionem praefati Tomasij sive etc. coggas, et compellas coggi, et compelli facias tam dictum Vassallum Angarium renitentem, et eius domum, et familiam, quam alios Vassallos Angarios dicti feudi ad praestantum dicto Thomasio eiusque haeredibus, et successoribus debita et solita servitia, ad quae tenentur; itaut amplius non sit locus ipsi Thomasio recursus ad Nos, et nostram Curiam. Datum in Castro Trepergularum per manus nostri praedicti Regis Ladislai. Anno Domini 1413. Die 14. mensis Novembris 7. Indit. Regnorum nostrorum. Amen.

In registro Reginae Ioannae 11: *et sig*[o] 1419. 1420 *fol.* 106. *a t.*[o]

Ioanna Secunda Regina etc. Iustitiario Principatus, vel ejus Locumtenenti presenti, et futuris; nec non Officialibus alijs quovis titulo nuncupentur, Fidelibus nostris

gratiam, et bonum voluntatem. Scire Nos volumus, quod adhiens presentiam nostram *Nobilis vir Tomasius Mirella dictus de Scannasorice de Sedili Portaenovae, Miles, Fidelis noster* sua nobis expositione monstravit quod Nos attendentes merita sincerae devotionis, et fidei ejusdem Tomasij annnam provisionem unciarum auri decem super Juribus, et excadentijs Regiae Curiae spectantibns in Iustitiario praedicto sua vita durante tantum donavimus pro ut haec, et alia in quibusdam nostris litteris exinde confectis clarius, et seriosius dicitur contineri subiuncto, quod idem Tomasius habeat Antonellum eius minorem filium, et cupiat dictam provisionem ut supra concessam renunciare dicto ejus filio dignaremnr dictae renunciationi assentire, et nostro munimine roborare. Nos vero supplicationem ejusdem Tomasij benignius annuentes renunciationem praedictam ut praedicitur faciendam approbamus, et ratificamus, mandantes harum serie exactoribus, seu perceptoribus excadentiarum nostrarum in dicta Provincia debitorum, ut ex nunc in antea dictam annuam provisionem unciarum praedictarum decem eidem Antonello eius vita durante tamen solvere debeant, et solvi faciant recepturi exinde pro Parte nostrae Curiae Apodixam. In cujus rei testimonium praesentes licteras fieri, et pendenti Maiestatis nostrae Sigillo iussimus communiri. Datum in Castro nostro novo Neapolis per ma-

nus nostri praedictae Joannae Reginae Anno Domini 1417. Die 27. mensis Augusti 10. Indit. Regnorum nostrorum anno 4. De Mandato Reginali. Petrus Calensis.

In fasciculo sign.^{to}. *N.*° 95. *fol.* 108.

Alfonsus Dei Gratia Rex Aragonum, Siciliae etc. Tenore presentium notum facimus Universis, quod *Vir Nobilis Antonius, sive Antonellus Mirella dictus Scannasorice de Sedili Portaenove* degens in Terra Positani, filius q.^{m} Thomae, tenens in Iustitiariam Principatus ultra quaedam bona feudalia, Maiestati nostrae attentius supplicavit, ut cum inter Ferdinandum ejus Filium ex parte una, et Isabellam filiam Felicis de Vipera tenentis a Curia nostra in valle Beneventana, et locis convicinis, quaedam bona feudalia ex altera, verba sunt habita de matrimonio ad invicem contrahendo cum rebus mobilibus, usque ad summam unciarum auri centum, matrimonium ipsum fieri concedere dignaremur. Nos autem ipsius supplicationibus inclinati, quia de fidelitate ipsorum contrahentium Curiae nostrae constitit, benignum praestamus assensum. Ita tamen, quod mulier ipsa a successione fratris, vel fratruum suorum in bonis feudalibus, eo quod dotata est de bonis paternis iuxta constitutiones Regni penitus repellatur nostrae nihilominus Curiae reservato, quod

Digitized by Google

si processu temporis Mulier ipsa inventa fuerit per se tenere, et possidere aliqua bona feudalia, bona ipsa feudalia in paenam commissi mendacij, et manifestae fraudis, ac praesentis rescripti veritate tacita impetrati nostrae Curiae totaliter applicentur. In cuius rei testimonium presentes literas exindi fieri, et pendenti Maiestatis nostrae Sigillo iussimus communiri. Datum etc. Die 4. Februarij primae Inditionis 1453. Regni nostri Siciliae Citra farum anno 19. aliorum nostrorum Regnorum Anno 38. Rex Alfonsus. Dominus Rex mandavit mihi.

In fasciculo sign.to N.o 99 fol. 203.

Ferdinandus Dei Gratia Rex etc. Magno Camerario Regni Siciliae, eiusque Locumtenenti. Significamus vobis, quod ad supplicis petitionis instantiam *Nobilis Mulieris Gisolfae relictae q.m Ferdinandi Mirella* de Neapoli degentis in Terra Positani, ac Tutricis Leonardi, sed *Nardilli Mirella* ejus filij nostrorum fidelium fuit expositum ipsi Pupillo fuisse legatas uncias auri duodecim a q.m Stefano Fasano de eadem Terra Positani in quodam suo ultimo testamento, et quia Aloysius ejus filius, et haeres recusat satisfacere legatum praedictum in grave damnum, et praeiudicium exponentis, supplicat Maiestatem nostram de opportuno remedio degnaremur providere, quo circa

volumus, et fidelitati vestrae districtae praecipimus, quatenus prout Iuris est logatis, et compellatis, ac coggi, et compelli faciatis eumdem Aloysium ad dandum, et solvendum ipsi Mulieri dictas uncias auri duodecim ponderis generalis, quas dicto eius filio minori dictus Stefanus in suo ultimo testamento legasse, seu reliquisse ponitur iuxta tenorem testamenti praedicti . . . . . opportunisque remedijs pro ut iuxtum fuerit, quibuslibet indebitis remotis anfractibus compellatis. Ita quod causa ipsa exequationem indilatam non habet, et nostras ad vos super hoc inculcare literas non contingatis. In cuius rei testimonium praesentes literas exinde fieri, et Magno nostro pendenti Sigillo iussimus communiri. Datum in Castro novo Neap. per Mag.^{m} V. I. D. Antonium de Alexandro. Die 24. mensis Februarij 1485. Rex Ferdinandus.

» *Extractae sunt praesentes Copiae num.° undecim*
» *a supradictis suis originalibus Registris, et Fasciculis,*
» *quae conservantur in Archivio Magnae Regiae Curiae*
» *Neap. Cum quibus facta Collatione Concordant, me-*
» *liori revisione semper salva—Et in fidem Mag.^{cus} V. I.*
» *D. Sigismundus Sicola Reg. Archivarius hic se sub-*
» *scripsit—Datum Neap. die 3 m. Augusti 1701. Sigis-*

Digitized by Google

» *mundus Sicola*=Impressio Sigilli=*Fateor Ego Notarius*
» *Ioseph de Felice de Neap. presens Copia fuisse per me*
» *extracta a suis proprijs originalibus fidibus mihi exibitis,*
» *et exhibenti restitutis. Ad quibus facta collatione con-*
» *cordat meliori revisione semper salva. Et in fidem*
» *Sig.ni rog. etc. N. I. D. F.* — Adest Signum. —

I lettori di queste concessioni or sanno che nel 1283. il nobil Pagano Mirella, in Corte di Carlo I. d' Angiò, tolse un soprannome bizzarro che trasmise a' suoi discendenti; e sanno ancora che furon sempre di Casa Mirella coloro che, portando quel novo cognome, vennero in fama di gentili, di generosi e di potenti Signori.

F. M.

SBN 584042

Digitized by Google